



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 33. Valentiniani Exitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Seculum IV. dam nobiles, & divites de crimine læse  
 A. C. 391. Reipublicæ deferrentur, judicium ob in-  
 cidentia Sancta festa distulit, tum edixit,  
 n. 18. calumniöse fuisse accusatos, voluitque,  
 ut reus libere se defenderet, dum a Prae-  
 fecto sententia fuisset pronuntiata. Ita  
 sub ejus Regno quisque de calumnia se-  
 curus vivebat. Nova a Provinciis exigi  
 n. 21. tributa vetuit, agebat enim: *antiqua on-  
 ra vix ferunt, quomodo nova sustinebunt?*  
 Ita loquebatur mitissimus Princeps, quam-  
 vis ærarium vacuum invenisset. Talis  
 erat Valentinianus, quem diligebant Ro-  
 mani, Barbari timebant.

## §. XXXIII.

*Valentiniani exitus. Eugenius Impe-  
 rator.*

*Paul. vit.* Valentinianus tunc in Gallia agebat,  
*Ambr. n. 26.* dum Senatus Romanus ad eum mi-  
*Ambr. de ob.* sit, qui iterum peterent, ut privilegia, a  
*Valent. n. 1.* fratre ejus templis, & Idolis ablata, resti-  
*Id. ep. 57. n.* tueret; negavit id a se concedi posse piis-  
*5. de ob. Val.* simus Imperator, quamvis circumstantes  
 n. 22. n. 2. cum pagani valde urgerent. Circiter  
 Eugenius eodem tempore affertur nuntium, Bar-  
 Tyrannus. baros versus Illyricum irruptionem in al-  
 n. 4. pes moliri; igitur relinquere Gallias pa-  
 n. 23. 24. rat, ut succurreret laboranti Italiae, &  
 iustia dedit, ut Mediolanum profectio di-  
 rigeretur. Sola cum exercitu advenien-  
 tis fama Barbaros regredi coegit; tanta  
 erat



erat ejus fortitudinis, vel fortunæ opio! imo sponte captivos restituerunt, excusantes, nescivisse se, quod essent Itali. S. Ambrosius Præfecto, aliisque Magistratibus promiserat, ad Imperatorem se profecturum, & rogaturum, ut Italiæ auxiliaretur, sed sciens, Imperatorem ultro venire, substitit; Valentinianus, qui tunc Viennæ erat, ad Ambrosium unum de Silentariis delegavit, erant hi Cæsaria cubiculis, cum epistola, ut celeriter ad se adveheretur, velle se eum prædem esse, fidei comiti Arbogasto datæ; quippe Comes S. Ambrosium reverentia, & amicitia colebat. Ut autem Valentinianus Ambrosii adventum magis urgeret, in litteris adjunxerat, cupere se ejus manibus baptizari, antequam Italiam attingeret. In Gallia equidem magnæ Sanctitatis Prælati non deerant, quales erant S. Martinus, S. Victricius Rothomagensis, S. Delphinus Burdegalensis, at Valentinianus singulari in Ambrosium fiducia erat, quem ut Filius Patrem venerabatur. Ex quo Nuntium ad S. Ambrosium misisset, nunquam satis quiescere visus; Silentarius vespere profectionem inierat, & tertia die mane Valentinianus interrogabat, num jam rediisset? at illa dies ejus vitæ ultima fuit! nam, cum post prandium solus Viennæ in ripa Rhodani intra Palatii septa, nescio quo lusu recreatur,

Sæculum IV.  
A. C. 392.

n. 25.

Paul. vit.  
n. 30.

Ambr. ep.  
53. n. 2.

Philost. II.  
c. 1. Oros.  
VII. c. 35.



*Sæculum IV.* tur, familiaribus ejus ad prandendum dis-  
*A. C. 392.* gressis, jussu Arbogasti quidam de Prato-  
*Ruff. II. c.* rianis innoxium Principem strangulant,  
 31. corpusque suo ipsius strophio suspendunt, ut speciem facerent, miserum sibi-

*Epiph. de* metipsi manus intulisse. Necatus est  
*pond. n. 28.* optimus Princeps die Sabbati, decima  
 quinta Maji, vigilia Pentecostes, Impera-  
 tore Arcadio secundo, & Ruffino Confes-  
 sibus, id est, anno 392. vix annum vige-  
 simum egressus, postquam annis septem-  
 decim imperaverat.

Cum Arbogastum natales ab Impera-  
*Socr. V. c.* toris Dignitate excluderent, inane nomen  
 25. cuidam Eugenio contulit, viro litterato,  
 qui, postquam Grammaticam docuerat,  
 & Rhetoricam, Imperatori a secretis fue-  
 rat, atque scientia, & eloquentia sibi ho-  
 minum favorem conciliaverat; is Gen-  
 tilibus favebat, Aruspicum, & Astrologo-  
 rum vaticiniis fidem habebat. Ipse Im-  
 peratoris Nomen gerebat, re ipsa Arbo-  
 gastus imperabat. Altera post mortem

*Epiph. ibid.* ejus luce Valentiniano pompa funebris  
*de obit. Va-* adornatur, ipsa Pentecostes die, corpus  
*lent. n. 26.* vero Mediolanum translatum, ibi tumulo  
 inferendum. Triste Principis fatum S.

*Epist. 53.* Ambrosio itineranti fama attulit, statim-  
*ad Theod.* que, qua venerat, reversus est; tum man-  
 datis Theodosii acceptis, quos honores  
 funeri haberi vellet, illud in sepulchro ex  
 marmore Porphyretico penes tumbam  
 Gratiani



Gratiani condidit, & præsentibus duabus defuncti sororibus Justa, & Grata (tertia autem erat Imperatrix Galla, Theodosii uxor) orationem funebrem pronuntiavit. Justa, & Grata Virgines permanserunt. In hoc sermone S. Ambrosius Valentiniani casum affectu paterno luget, sorores vero, quod decessisset non baptizatus solatur his verbis: *edicite enim! an quidquam amplius in hominis potestate est quam velle, & petere? jam diu baptizari cupiebat, & ideo maxime me ad se vocaverat. Concede igitur, Domine! seruo tuo Valentiniano gratiam, quam optabat, quam vivus, & vegetus expetebat! si morbo laborans, distulisset, non tamen a Misericordia tuæ visceribus excluderetur, cum ei tempus magis, quam bona voluntas defuisset. Et paulo inferius: si hoc est, quod doletis, Mystera non fuisse solemniter celebrata; an ergo putatis, nullam Martyribus coronam deberi, si tantum Catechumeni fuerint? si vero illi sanguine suo, Princeps noster sua pietate mundatus est. Tum Deum precatur, ne sublatus Imperator a Patris sui Valentiniani, & Gratiani fratris societate separetur, & subjungit: *porrigite mihi Sancta Mystera, requiem ejus tenero affectu efflagitemus, oblationes nostras agamus pro hac dilecta anima!* exinde cognoscimus, quod hanc orationem ante celebrationem Sancti Sacrificii edixit.*

Sæculum IV.  
A. C. 392.

Oratio  
Funeris.

n. 51.

n. 52.

n. 53.



Sæculum IV. edixerit, sicut hodieque observari solet;  
 A. C. 392. promittit autem se tota sua vita hoc Sa-  
 crificium pro duobus fratribus Gratiano,  
 n. 78. & Valentiniano oblaturum. (\*)  
 n. 80.

§. XXXIV.

*Theodosius bellum parat.*

Zof. lib. 4. Ad Theodosium, Valentiniani nece jam  
 p. 776. comperta, ab Eugenio Legati adve-  
 Ruff. II. c. niunt, pacem offerentes, si eum Colle-  
 gam in Imperio vellet accipere; de Ar-  
 bogasto bogasto

(\*) Hier ist eine Anmerkung unsers unge-  
 nuen Uebersetzers, da er also anhebt. p. 571. im  
 3. Theile. Was Ambrosius bey dieser Gele-  
 genheit vom Aufschub der Taufe des jüngern  
 Valentiniani gesprochen, ist mehr für ein ora-  
 torisches Palliativ als eine Entscheidung ei-  
 nes Bischofs und Gottesgelehrten anzuse-  
 hen; und kann mit der Gewohnheit der er-  
 sten Christlichen Kirche nicht gerechtfertiget  
 werden . . . . . Verschont mich jetzo noch  
 mit der Taufe . . . . . ich bin noch jung . . .  
 ich will mich erst im Roth der Lüste herum-  
 welzen 2c. so lautete die Sprache dieser Leute  
 wie sie Basilius Homil. 13. angeführet. 2c. Nun  
 ob schon einige aus böser Absicht ihre Taufe verschie-  
 ben, so schieket sich doch diese Erinnerung auf den  
 Valentinianus II. nicht, und zeuget von der schlechten  
 Einsicht unsers Uebersetzers, wie auch von seiner  
 unverschämten Frechheit den Heil. Ambrosius ohne  
 allen Grund der Wahrheit zu kritisiren. Er wäre  
 de